8	0	172	0	8	21	1
8	30	171	30	8	52	7
9	0	171	0	9	23	10
9	30	170	30	9	54	10
10	0	170	0	10	25	8
10	30	169	30	10	56	3
11	0	169	0	11	26	54
11	30	168	30	11	57	43
12	0	168	0	12	28	29
12	30	167	30	12	59	11
13	0	167	0	13	29	49
13	30	166	30	14	0	24
14	0	166	0	14	30	55
14	30	165	30	15	1	22
15	0	165	0	15	31	45

Arcus aucti per dimidium gradum				Corde medie sive sinus		
G	M	G	M	G	M	2
15	30	164	30	16	2	4
16	0	164	0	16	32	18
16	30	163	30	17	2	27
17	0	163	0	17	32	33
17	30	162	30	18	2	32
18	0	162	0	18	32	28
18	30	161	30	19	2	18
19	0	161	0	19	32	2
19	30	160	30	20	1	42
20	0	160	0	20	31	16
20	30	159	30	21	0	45
21	0	159	0	21	30	7
21	30	158	30	21	59	24
22	0	158	0	22	28	35
22	30	157	30	22	57	39
23	0	157	0	23	26	38
23	30	156	30	23	55	30
24	0	156	0	24	24	15
24	30	155	30	24	52	54
25	0	155	0	25	21	25
25	30	154	30	25	49	51
26	0	154	0	26	18	8
26	30	153	30	26	46	19
27	0	153	0	27	14	22
27	30	152	30	27	42	18
28	0	152	0	28	10	6
28	30	151	30	28	37	4
29	0	151	0	29	5	19
29	30	150	30	29	32	43
30	0	150	0	30	0	0

Arcus aucti per dimidium gradum				Corde medie sive sinus		
G	M	G	M	G	M	2
30	30	149	30	30	27	8
31	0	149	0	30	54	8
31	30	148	30	31	21	0
32	0	148	0	31	47	43
32	30	147	30	32	14	17
33	0	147	0	32	40	42
33	30	146	30	33	6	58
34	0	146	0	33	33	6
34	30	145	30	33	59	4
35	0	145	0	34	24	52
35	30	144	30	34	50	32
36	0	144	0	35	16	2
36	30	143	30	35	41	22
37	0	143	0	36	6	32
37	30	142	30	36	31	32
38	0	142	0	36	56	23
38	30	141	30	37	21	3
39	0	141	0	37	45	33
39	30	140	30	38	9	53
40	0	140	0	38	34	2
40	30	139	30	38	58	1
41	0	139	0	39	21	49
41	30	138	30	39	45	26
42	0	138	0	40	8	52
42	30	137	30	40	32	7
43	0	137	0	40	55	12
43	30	136	30	41	18	4
44	0	136	0	41	40	46
44	30	135	30	42	3	17
45	0	[illegible]	0	42	25	35

12d

Hoc instrumentum factum
est per inveniendo gradum ascen
dentis diei et noctis Oroscopus cuius
circulus exterior continet limbi cum suo
spacio est circulus horarum equalium
cum quibus revolutis post meridiem
et minutis earundem. Secundus circulus
interior est zodiacus signorum limbi cum
nominibus signorum quinarijs et minutis eo
rundem. Tercius circulus interior est circulus
dierum anni solis habens eciam horas diur
nas et nocturnas et arcum orizontis
continens earundem super centro
faciei oroscopi habens zodiacum mo
bilem super quo habens volvellam
solis et lune que circa oporteat
facilius ut videlicet potest per propositionem
comprobari

Si vis scire locum solis pone vol
vellam solis super diem mensis et
ubi volvella tangit zodiacum limbi
ibi est locus solis

Si vis scire locum lune non tamen pre
cise sed prope sitam volvellam solis super loco
solis ut prius dictum est et horas pre
teritas diei et horam lunationis considera
et super horam eius pone volvellam lune
que tibi dabit in zodiaco limbi locum
lune

Si vis scire arcum diurnum considera
locum solis ut prius dictum in zodiaco limbi
et similiter gradum considera in zodiaco
mobili et hunc pone super lineam
orizontis in oriente et super contactum
duc alteram ex volvellis et ubi
volvella tanget circulum horarum
equalium considera usque ad lineam
meridiei horas et minuta et
hec est medietas arcus diur
ni et sic videbis quod horas habet
singulus dies anni

Si vis arcum nocturnum considera
arcum nocturnum per horas vel per
gradus ut prius et subtrahe horas
a 24 et gradus a 360 et quod
residuum est quantitas noctis

Si vis scire gradum ascendentis in
oriente ad quamlibet horam diei considera
horas et minuta preterita post meri
diem et super hec pone volvellam solis
postea locum solis considerans in zodiaco
mobili pone sub volvella et ubi zodia
cus mobilis tetigerit arcum orizontis
in oriente est gradus ascendens

Si vis scire 2am domum pone gradum inventum
super octava hora noctis et ubi linea
medie noctis secabit zodiacum mo
bilem est 2a domus

Si vis scire 3am domum pone eius
gradum ascendentis super tercia hora noctis
et ubi linea medie noctis secabit
zodiacum mobilem est principium 3e domus

Si vis 4am rursus pone gradum
ascendentem super lineam orizontis orien
te et ubi linea medie noctis tan
get zodiacum mobilem est principium 4te
domus

Si vis quintam pone gradum ascendentis
super 2a hora diei et linea medie
noctis ostendet tibi in zodiaco mobili
ubi est principium 5te domus

Si vis scire 6am domum pone
gradum ascendentis super 4am horam diei et
linea medie noctis ostendet tibi in
zodiaco mobili principium sexte domus
Alias vero domos habebis per na
dir ipsarum et sic habebis equaliter
sedecim domus

Si vis scire horas inequales
quantum quelibet continet ex quibus horarum
equalium in die vel in nocte pone
locum solis zodiaci mobilis super
horam inequalem et super contactum du
cito alteram ex volvellis et nota ubi
tangit in limbo gradus horarum equa
lium postea pone locum solis in zodi
aco mobili super horam sequentem
et super contactum posita volvella nota

bus ubi tangit gradus horarum equalium in limbo et gradus intercepti inter 2os gradus sunt gradus equales hore inequales et lineam gradus dicuntur partes horarum

Si vis scire quis planeta regnet in hora data diurna vel nocturna pone volvellam solis super hora presenti post meridiem et sub volvella pone locum solis zodiaci mobilis et ubi gradus volvelle in zodiaco erit in horis inequalibus nota et ponamus quod sit super hora nona diei nunc computabis per planetarum lunam saturnus iupiter mars sol venus mercurius luna saturnus et hunc modum attende quia venit initium in usu per intrando

Alie quam plures sunt lineae instrumenti utilitates minus principales quas causa brevitatis obmitto

Si vis elevationem solis in meridie per totum annum dico quod gradus considerandum in zodiaco mobili super linea declinationis in signis in linea addo latitudinis regionis si sol fuerit in signis septentrionalibus scilicet ab ariete ad principium libre ~~usque ad finem piscis~~ vel minue si sol fuit in signis meridionalibus scilicet a principio libre usque ad finem piscis et quod provenit erit altitudo solis in meridie ubi ~~gradus~~ gratia exemplo altitudinem solis in meridiem in padua cuius latitudinem per altitudinem poli est gradus 45 minuta 20 ad diem primum novembris invenio locum solis in 17 gradu scorpionis quem considerans in zodiaco mobili pono super linea declinationis et declinabit sol gradus 11 quos subtrahens a gradibus 45 et remanebunt gradus 28 et tantum elevatur sol in meridie paduae in illa die vel paduae parte paulo minus etc.

Luna binos menses tenet

Terra geminatos sol patres et ei natalis
Quinta tibi natos quinta egros quoque sexti
Septima coniugium considerat altera mortem
Nona vires duas et tronos decima significat
Est amor undecima inimicos dat duodecima

Exaltaciones planetarum

Aries exaltat solem tauro quoque lunam
Sic caput in geminis et cancro alto
Saturnus mercurius iovis iovis orbi tertius extat
Veneris et martis est hinc quoque quartus

Ordo triplicitatum

Aries leo sagittarius prima est tauri virgo capricornique secunda
Tertia gemini libra aquarius cancer scorpius postea quarta

planete dantes etates

Quatuor etatis annos dat luna decemque
Mercurius octoque venus denique novies sol
Mars ter quinque iovis bissenos postque saturnus

Canon pro vero motu solis

De medio motu solis si subtrahis augem
Est argumentum quo post equo fiat
Quam iunge ad motum medium si sex tria signa
plus fuit argumentum si sit minus abstrahas illa

De vero motu lune

De motu lune moto solis retrahatur
quod signat dupla reddet medium centrum
centrum

Cum quo queratur tabulis equatio centri
inde minuta equis proportionalia demum
Argumentum habeatur tabulis quo ingredi
equa

Si minus est centrum si plus sit quam
tria signa

demitur equatum remanens quo equato
prima

Redditur equatio capias quod dicit diametros
inter

diuisum cuius proportionalis habetur
per primas demum si fuerit capta minutis
hanc confer prime conferens et inde 2a
quam iunge ad motum si equatum quia sit
plus fuerit argumentum si sit medium abstrahe illam

Capitis et caude

Si medium capitis motum sex tracto
signis fit locus et caude quamuis
est sibi punctus

Trium superiorum

De motu trium superiorum si subtrahas auge
fit centrum medium motum sub summo solis
ex ipso medium motum retrahendo planete
Est argumentum sit post equatio centri
quam scribe addatur si centrum quam tria signa
plus sit signis minus signabis quod minuatur
si leuius addatur centrum superaddatur equa
de quo argumento tamen si sit minuatur
hanc minue ex centro argumentoque superadde
utrumque equatum est proportionalia centro
deinde equatio tabuli signando minuta
Cumque argumento sit post equatio prima
quo cape diuisum lune uel longum minutum
puncto cuius proportionalis scripta minutis
confert primo diuisum proportioni
summe eq si longior demitur illa
Est argumenti hec equatio scripta scala
quam scribe adda si equatum quia tria

signa quod minuatur
est medium argumentum si plus sit ~~quam tria~~
scribitur addatur equatio centri
est argumenti quae scripta est ante 2a
collecte addantur motum cunctisque planete
si minuatur adest totum motum minuatur
alium si addatur sic altum quantum minuatur
quamque semper uertes in legem scribis adde
uel minue ex motu loco erit 1e planete

Veneris et mercurii

Si medius motus ueneris uel
mercurii sit
motus solaris de quo si subtrahis
augem
fit centrum medium tabulis dabit argumentum
Ex quibus assumptis predicte ratione monstrat
Cuiusque medium fuerit sine vero rebus alterius

Omnia ig̃ instrumentorum
sunt hec pr̃mũ e armilla sus
pensoria ad capiendum al..
titudines et dr̃ arabice alhaimina
2ᵐ e alabor. i. ansa q̃ ingit̃ ei prea
mittere rotũda. ĩse g̃ris oes tabulas
cũ aranea cui ungit̃ margo libri
ĩ 360 g̃. divisa Tabule autem ab hac
signate sunt hec




Circulus eccentricus dicitur vel egresse cuspidis vel egredientis centri qui non habet centrum cum mundo. Pars eccentrici circuli que maxime removetur a centro mundi dicitur aux vel longitudo longior. Et pars que maxime accedit dicitur oppositum augis vel longitudo propior. Duo loca circuli que sunt in medio inter augem et oppositum augis dicuntur longitudines medie. Movetur autem sol proprio motu ab occidente in orientem movente in suo circulo eccentrico equaliter semper quia oportet ut moveatur in orbe signorum inequaliter. Mundus vero rotatur ab oriente in occidentem equaliter. Medius motus solis est arcus zodiaci inter iacens lineam exeuntem a centro terre ad locum arietis et lineam exeuntem ab eodem centro ad firmamentum, lineam dico equidistantem linee exeunti a centro eccentrici per centrum solis. Verus motus solis dicitur arcus zodiaci inter iacens inter caput arietis et lineam exeuntem a centro terre per centrum solis. Equatio solis dicitur arcus zodiaci cadens inter medium motum et verum motum. Que equatio nulla est sole existente in auge vel in opposito augis; existente autem in longitudinibus mediis maxima est. Et argumentum solis dicitur arcus zodiaci cadens inter augem et lineam terminantem medium motum. Aux solis in secunda significatione dicitur arcus zodiaci cadens inter caput arietis et lineam que transit per augem eccentrici. In una autem medietate celi maior est medius motus vero, quare tunc equatio est subtrahenda. In alia minor, quare tunc equatio est addenda. Invenire autem medium motum solis est invenire quendam arcum solis zodiaci qui sic se habeat ad zodiacum quemadmodum arcus eccentrici pertransitus a sole se habet ad eccentricum. Et hic invenitur per lineam equidistantem sicut apparet in subiecta figura.




pinculus sive orbis revolutionis vel circulus brevis dicitur ille
cuius centrum movetur super circumferenciam ecentrici ab occidente ad
orientem Ecentricus solis inmobilis nisi quantum ad motum 8[ue]
spere Ecentricus lune movetur cottidie ab oriente ad occidentem .11. gradibus
fere Et centrum ecentrici describit quendam parvulum circulum
circa centrum mundi Et centrum epicicli movetur 13 gradibus fere in die
ab occidente in orientem Et centrum solis movetur fere uno gradu in die ex
firmamentum Unde aparet quod si centrum solis et aux ecentrici lune et
centrum epicicli lune essent in aliqua linea recta in aliquo celi in sequenti
die sol distabit ab eodem loco per gradum unum et aux per 11 et centrum
epicicli lune per 13 quia tunc sol erit in medio inter augem et centrum
epicicli quare si dupletur distancia solis et centri epicicli lune habetur
distancia inter augem et centrum epicicli Et hec distancia dicitur
centrum lune vel longitudo duplex vel duplex intersticium Et ex hoc
manifestum est quod ista tria cum sunt in eodem loco aut sol recte est
in medio duorum cum in opposito patet etiam quod centrum epicicli bis pertransit
in mense ecentricum et in coniunctione cum sole est in auge et in oppo
sicione similiter in quadraturis est in longitudine propriori Luna vero
movetur in circumferencia epicicli cum est in superiori parte
ab oriente ad occidentem quare nunc tarda est in cursu et in inferiori linea
econtra quare tunc est velox Alii planete faciunt econtrario Sicut autem sol equaliter
movetur super centrum ecentrici sui sic et centrum epicicli lune movetur
equaliter super centrum mundi Medius motus lune est arcus zodiaci
incipiens ab ariete consideratus secundum successionem signorum scilicet aries taurus etc.
et terminatur in linea exeunte a centro terre per centrum epicicli Verus
locus lune terminatur per lineam exeuntem a centro mundi per centrum
corporis lune Aux media in epicicdo dicitur punctus quem terminat
linea exitus a quodam puncto opposito centro ecentrici lune qui tantum distat
a centro terre quantum centrum ecentrici Exiens dico per centrum epicicli
ad superiorem partem epicicli Aux vera dicitur punctus epicicli quem terminat
linea exiens a centro mundi per centrum epicicli ad superiorem partem
Equacio centri dicitur arcus parvulus epicicli interiacens augem mediam
et veram lune Argumentum medium dicitur arcus medius epicicli interiacens augem
mediam et centrum lune consideratur secundum motum lune in epicicdo Argumentum
verum dicitur arcus interiacens augem veram et centrum lune Centrum vero
epicicli exeunte in auge ecentrici quod est in coniunctione vel in opposicione
media et exeunte in opposito augis quod est in quadraturis lune ad solem
Nulla est equacio centri id est aux vera et media sunt idem Equacio argumenti
lune dicitur arcus zodiaci interiacens medium motum et verum quare equacio
nulla est centro epicicli existente in auge vel in opposito augis ecentrici
et cum hoc luna existente in longitudine propriori vel longiori sui epicicli
Maior vero est centro epicicli existente in longitudine propriori ecentrici et
luna existente in longitudinibus mediis epicicli Et dum luna fuerit in
medietate epicicli que respicit occidentem maior est medius motus quam
verus quare tunc equacio argumenti est subtrahenda Et in reliqua vero medietate

constringit etc. Et est sciendum quod maiores sunt equationes argumenti centri epicicli existente in oppositione augis ecentrici quam in auge Et differentia que inter has equationes argumenti centri epicicli existente in auge et existente in opposito augis dicitur diversitas dyametri sive equatio circuli brevis Equationes argumenti que scribuntur in tabula sunt equationes ac si centrum epicicli esset semper in auge ecentrici Centro epicicli existente in aliis locis ecentrici crescunt equationes argumenti secundum quod centrum epicicli accedit ad centrum terre et ista argumenta equationum sumuntur per minuta proporcionalia Que minuta proporcionalia dicuntur 60 particule linee duple ad lineam existentem inter centrum terre et centrum ecentrici divise in 60 partes linea vero que dirigitur a centro terre ad oppositum augis nulla habet de istis partibus que vero dirigitur ad augem omnes habet alie vero dirriguntur ad alia loca habent de illis partibus secundum accessum et recessum ab auge et opposito augis sicut patet in subiecta figura



Equitur de capite draconis ecentricus lune declinat a via solis in duas partes scilicet in septentrionem et meridiem et intersecat ecentricum solis in duobus locis oppositis semper et iste intersectiones dicuntur caput et cauda draconis et dicitur caput intersectio in qua incipit declinare luna ad septentrionem cauda econverso Iste intersectiones moventur cottidie ab oriente in occidentem tribus minutis fere et ducat istas intersectiones quidam circulus concentricus mundo existens in celo lune equalis ecentrico in magnitudine et est in superficie orbis signorum sive vie solis Et iste motus est dissimilis motui planetarum qui est ab occidente in orientem

Et ut habeatur similitudo in motibus dicitur caput tantum ire in medio motu contra firmamentum quantum in rei veritate vadit in firmamento Et propter hoc subtracto medio cursu capitis de 12 signis remanet eius locus equatus secundum successionem signorum sicut patet in figura subiecta



Sequitur de tribus superioribus unde notandum est quod quilibet trium superiorum habet duos eccentricos dispositos in eadem plana superficie et immobiles nisi quantum ad motum 8e spere cottidianum circa terram ab oriente in occidente Et unus dicitur eccentricus defferens per cuius circumferentiam defertur centrum epicicli ab occidente ad orientem Et alius dicitur eccentricus equans motum super cuius centrum equaliter movetur centrum epicicli i. in temporibus equalibus equales angulos describit et isti duo eccentrici in una parte celi equaliter elevantur Et ille cuius centrum propinquius est centro terre est deferens reliquus est equans et tantum distat centrum deferentis a centro terre quantum a centro equantis quod est in medio Et illa tria centra sunt in una linea et ambo eccentrici sunt unius quantitatis et sicut in luna dyameter epicicli qui respicit centrum terre centro epicicli existente in auge vel in opposito augis postea centro epicicli existente in aliis locis eccentrici declinat ad quendam punctum oppositum centro eccentrici qui tantum distat a centro mundi quantum centrum eccentrici Similiter in istis tribus planetis dyameter epicicli qui respicit centrum mundi centro epicicli existente in auge vel in opposito augis eccentrici in aliis locis eccentrici centro epicicli existente respicit centrum equantis et hic vocatur reflexio Et luna in superiori parte sui epicicli movetur ab oriente ad occidentem in inferiori econverso Et isti planete moventur in superiori parte sui epicicli ab occidente ad orientem et in inferiori econverso Et semper quando quilibet istorum est coniunctus soli per medium cursum est in superiori parte epicicli scilicet in auge media et in qualibet oppositione medii motus cum sole est in infimo epicicli sui

ce.l

Inquadratu[m] cum sole est in longitudinibus medijs epicicli Quare in tanto
tempore currit suum epiciclum in quanto tempore sol reuertitur ad suam coniunctionem Aux
media epicicli dicitur punctus in superiori parte epicicli quem termi
nat linea existens a centro equantis per centrum epicicli et hec aux non vera
Aux vera dicitur punctus quem determinat linea existens a centro terre
per centrum epicicli et hec aux vera et secundum quod crescit vel decrescit equatio centri
in epiciclo Equacio centri in epiciclo est arcus epicicli cadens inter augem me
diam et veram Et equacio centri in zodyaco est arcus zodiaci cadens inter
medium motum epicicli et verum motum epicicli Et in qua proporcione se
habet vna equacio ad suum circulum in eadem se habet et reliqua quod pro
bari potest per lineam que cadit inter equidistantes lineas Et propter hoc
accepta vna in tabula accepta est et reliqua Medius motus cuiuslibet
istorum scilicet sui epicicli est arcus zodiaci cadens inter orientem et lineam ex
euntem a centro terre equidistantem linee exeunti a centro equantis
per centrum epicicli Verus autem locus epicicli est arcus orbis signorum existens
inter arietem et lineam exeuntem a centro terre per centrum epicicli Verum
locum planete determinat linea exiens a centro terre per centrum planete
Aux autem planetarum in secunda significacione dicitur sicut in sole arcus zodiaci
incipiens ab oriente et terminat per lineam ductam a puncto terre et
terminans in quodam puncto terre supposito augibus eccentricorum
Centrum non medium planete dicitur arcus zodiaci existens inter augem et me
dium motum et in sole dicitur argumentum et luna centrum vel duplex
intersticium Centrum vero dicitur arcus zodiaci existens inter augem et
verum locum epicicli Argumentum medium dicitur arcus epicicli cadens
inter augem mediam et centrum planete Et in vna medietate circuli
subtrahitur equatio centri a centro medio et additur equacio centri in
epiciclo argumento medio et hoc ut habeatur centrum verum et argumentum
verum Et in reliqua medietate fit econtrario quod faciliter patebit in figura Et
quando centrum epicicli est in auge vel in opposicione nulle sunt predicte equaciones
Equacio argumenti planete dicitur arcus zodyaci existens inter verum locum
planete et verum locum epicicli Et manifestum est quod quanto plus ac
cedit centrum epicicli ad centrum terre argumento planete vno et eodem ex
istente tanto plus crescit equatio argumenti Quare maiores sunt equationes
argumenti centro epicicli existente in longitudine propriori eccentrici quam
existente in longitudinibus medijs et maiores sunt equaciones in
longitudinibus medijs quam in auge Equaciones autem argumenti scripte in
tabula sunt equaciones ac si semper fuisset centrum epicicli in longitudinibus
equatis non quia centrum epicicli vadat per equantem sed quia super
equantis centrum equaliter vadit Et dicitur tunc esse centrum
epicicli in longitudine media equantis quando dyameter epicicli stat
perpendiculariter super dyametro mundi transeunte per centrum eccen
tricorum Differencie equationum que sunt inter equaciones in longitu
dine media et equaciones que sunt in auge dum dyameter diuersitatis
circuli breuis in longitudine longiori Et differencie equationum in longitudinibus

medys et in opposito augis dnr diuersitates dyametri circuli
breuis ad longitudinem propiorem et iste diuersitates scribuntur in
tabulis Excessus aut linee protracte a centro terre ad augem equat
ad lineam protractam ab eodem centro ad longitudinem mediam equ[…]
disus in 60 partes de qu proportionalia ad longitudinem longiorem et
excessus huius protracte a longitudine media ad longitudinem propiorem dicuntur
minuta proportionalia ad longitudinem propiorem quare aut diuersitas
dyametri ad longitudinem propiorem addatur equationi argumenti
facile patebit aduertenti in figura quanto enim ut dicunt est centrum
epicicli plus appinquat centro terre plus maioratur equatio argumenti




Figura 9 Theorica 3^a superiorum in plano depicta

Sequitur de venere et mercurio Mercurius habet duos cen-
tricos unius quantitatis et quasi in eadem superficie
dispositos Et equans propinquius est centro terre Nam in duplo
debet distare centrum deferentis a centro equantis quam distet centrum
equantis a centro terre Et quidam parvulus circulus debet transire
super ista duo centra ecentricorum Et super circumferenciam istius parvuli
circuli movetur cottidie super centrum deferens ab oriente in occidens
tantum quantum sol pertransit cottidie proprio motu sub firmamento et ducit
secum augem et in tanto tempore sol pertransit firmamentum et in tanto aux
ecentrici et quilibet punctus ecentrici deferentis pertransit centrum et
equans centrum ecentrici super parvulam circumferenciam Quare contingit
aliquando quod centrum circumferentis et centrum equantis sit in eodem loco quare
tunc circuli ambo erunt unus circulus Et semper preter quam in illo
instanti propinquior erit deferens firmamento quam equans Movetur
autem deferens ita ut temporibus equalibus equales angulos describat
super centrum equantis Equans non immobilis est nisi quantum ad motum
octave spere Epiciclus autem mercurii movetur per circumferenciam centri
sui ab occidente ad orientem eque cito quam cito sol contra firmamentum
Unde apparet quod sicud centrum epicicli lune bis pertransit circumferenciam
sui ecentrici in mense ita centrum epicicli mercurii bis pertransit centrum
suum in anno una vice motu proprio alia vice motu equantis Iste autem epi-
ciclus mercurii quantum ad motum et aliorum duos habet motus scilicet medium et
verum Medius motus determinatur per lineam exeuntem a centro terre
equidistantem linee a centro equantis per centrum epicicli et iste medius motus
est idem cum medio motu solis Aliter est iste eque linee distant scilicet linea
que est exiens a centro ecentrici per centrum solis Et linea exiens a centro
equantis ecentrici mercurii per centrum epicicli sui et linea exiens a centro
terre equidistans predictis duabus cum iste tres linee equaliter moventur
semper erunt equidistantes aut erunt omnes idem aut due idem et non
apparet hoc ut centrum solis et epicicli sicut in eodem loco et quod linea exiens
a centro ecentrici per centrum solis sit in eadem linea exeunte a centro equantis
per centrum epicicli Verus autem locus uel motus epicicli determinatur
per lineam exeuntem a centro terre per centrum epicicli Movetur autem
sicud dictum est centrum epicicli ad orientem et aux ecentrici deferentis
ad occidentem in contrarias partes eque inter se cito et eque cito ut sol medio
motu Centrum vero epicicli et aux et quilibet punctus ecentrici deferentis
semper in temporibus equalibus equales angulos supra centrum equantis describit
Et quia cito est centrum deferentis modo in parva circumferencia ut in temporibus
equalibus equales arcus describant Quare inequales inequalitate descri-
bunt Cum non pertransient quartam partem sui parvuli circuli non tamen
erit quartam partis equantis Ex iam dictis est potest sciri quod aux
deferentis non possunt esse in quolibet puncto equantis linee non exeunte
a centro terre per centrum deferentis que ostendit augem deferentis
semper cadunt in aterem equantis comprehenso a duabus lineis contingentibus bo

parvum circulum super quem movetur centrum deferentis et transeuntibus
per centrum terre vii apparet deferentis augem semper intra illum arcus
sic comprehensum esse i. nec accedere nec recedere augem deferentis ab auge
equantis et hec abinvicem parte augis equantis immobilis Et quamvis aux
deferentis non possit esse nisi intra arcum predictum tamen punctis deferentis
qui modo est aux potest esse in quolibet puncto equantis i. in directo eius Et
hoc contingit ideo quia aux ecentrici mutatur continue Et quando aux deferentis re
cedit ab auge equantis versus occidentem tunc secundo illa circulorum sequentis et
deferentis que est post augem equantis in successione signorum accedit
ad augem equantis et illa secundo recedit Et econtra contingit recedente auge de
ferentis ab auge equantis versus orientem Quotiens vero centrum epicicli mer
curii coniungitur cum auge deferentis i. est in ea est aux deferentis in auge
equantis Quare tunc centrum terre et centrum equantis et centrum deferentis et
auges et oppositiones augium et centrum epicicli sunt in una dyametro
mundi Et quando centrum epicicli est in opposito auge deferentis que opposi
ta aux prius fuerat aux scilicet quando fuit in opposito augis equantis sed post
efficitur oppositum augis scilicet quando est in opposito augis equantis similiter sunt in eadem
dyametro Et tunc ambo ecentrici sunt unus ecentricus a quo patet etiam
ex iam dictis quod quamvis centrum epicicli percurrat suum deferentem
bis in anno tamen non est in auge nisi semel quia dum centrum epicicli est
in una medietate equantis tunc centrum deferentis est in alia medietate sui parvi circuli
opposita alteri medietati equantis que est supra centrum Et quando centrum epicicli est
in auge tunc est in puncto deferentis quod maxime potest removeri a terra et
sic potest esse in puncto maxime remoto a terra sed non potest esse in
puncto maxime accedentis ad terram quia quando est in opposito augis que prius
fuit aux sui deferentis tunc ambo circuli sunt unus circulus et
tunc est centrum epicicli in opposito augis equantis Sed sunt loca in quibus
maxime accedit centrum epicicli centro terre et in aliis locis non prius
tantum accedere Illa vero duo loca sunt puncta in oppositum augis equantis
terminantia contingentis parvulum circulum super quem movetur centrum
deferentis et transeuntis per centrum terre Cum enim centrum epicicli est
in auge statim movetur iterum versus orientem in suo deferente Et similiter
centrum deferentis incipit ire versus occidentem in suo parvulo circulo
et quando centrum epicicli est in capite linee contingentis quod semper est prope oppositum
augis equantis tunc est centrum deferentis in puncto contactus parvi circuli
cum ipsa linea et tunc est aux deferentis in maxima remotione
ab auge equantis et tunc est centrum epicicli in opposito augis deferentis
quare tunc est in maiori appropinquatione ad terras quia cum centrum defe
rentis descendit plus in suo circulo parvo removetur plus oppositum
augis deferentis a centro terre quod faciliter patebit respicienti in figura
et intelligenti motus Et quam diu erit centrum epicicli in isto arcu
deferentis sic qui est inter duo opposita in capita contingentium
linearum que capita sunt propinqua opposito augis equantis semper
erit in opposito augis deferentis Et hoc scitur ex hoc quod sicut currit epiciclus
in una parte tantum currit centrum deferentis in alia ergo semper erunt in eadem

linea transeunte per centrum terre et centrum deferentis et tunc magis tamen
appropinquabit centrum epicicli centro terre quam appropinquabit in capitibus
linearum contingentium Medius autem motus mercurii et veneris et medius
centrum et verum et medium argumentum et verum et equatio centri in zodiaco et in
epiciclo et aux media et vera et equatio argumenti secundum quod ista sic distribuitur
in mercurio et venere sicut in tribus superioribus Equationes autem argumenti
mercurii crescunt ut in tribus superioribus centro epicicli appropinquante terre
Equationes vero que scribuntur in tabula equationes ac si semper fuisset centrum
epicicli In intersectione circuli equantis cum deferente Cum enim centrum
epicicli est in auge movetur statim versus orientem Et etiam secto
illa scilicet deferentis et equantis que est ante ipsum movetur ad ipsum quare contingit
Et equationes argumenti que ibi contingunt sunt eedem scripte in tabula
Similiter contingit in alia sectione Centro epicicli existente in aliis locis
deferentis sumuntur equationes argumenti per minuta proportionalia quare oportet
quod tria erunt minutorum proportionalium Minuta enim proportionalia ad longitudinem
longiorem excessus linee exeuntis a centro terre ad centrum epicicli ipso
existente in auge deferentis ad lineam exeuntem ad intersectiones cir-
culorum excessus dico divisus in 60 partes Et minuta proportionalia ad longitu-
dinem propriorem est excessus linee exeuntis a terra ad intersectiones
ad lineas contingentes ubi est maxima appropinquatio epicicli centro terre
et iterum ab eodem loco usque ad oppositum augis equantis cum sit linea exiens
quarum mutatur minuta proportionalia Diversitas dyametri circuli brevis
non est describenda sicut in tribus superioribus Veneris vero habet deferentis
et equantis dispositos sicut scilicet superiores et in eodem loco elevatur in quo
eccentricus solis Et centrum epicicli sui in circuito movetur sicuti sol quare medius motus solis
est medius motus suus eo quod linee exeunti a centro terre equidistent due linee
quarum una exit a centro eccentrici solis per centrum solis et alia exiens a centro equantis
per centrum epicicli Deferens et equans immobiles sunt non quantum ad motus
octave spere sunt tamen quod deferens movetur in latitudine ad meridiem et ad septentri-
onem ita ut aliquando deferens et equans sint in eadem plana superficie scilicet sub eclip-
tica in brevi ab eadem linea versus utrumque polum declinet deferens et de hoc motu dicetur
in latitudinibus Omnia alia de venere similia sunt hiis de superioribus ..

Sequitur de retrogradacione Planeta dicitur esse directus quando motus
eius vincantur motu epicicli quam firmamentum Retrogradus dicitur
quando eius motus non vincantur a motu epicicli Stacio dicitur
primus punctus epicicli in quo dicitur retrogradari planeta Stacio 2a
dicitur punctus epicicli in quo incipit dirigi Luna vero non dicitur habere sta
ciones quamvis habeat epiciclum quia licet ipse moveretur citius
epiciclus quam ipsa luna dicitur tamen in superiori parte epicicli tarda
cursu in inferiori velox et sic Stacio prima in secunda significacione dicitur
arcus epicicli iacens inter augem veram epicicli et punctum stacionis pe
in prima stacione Stacio secunda in 2a significacione dicitur arcus epicicli inter
iacens veram augem epicicli et punctum stacionis secunde in prima
significacione arcus dico pertransiens per primam stacionem Arcus
retrogradacionis est arcus epicicli iacens inter primam stacionem
et secundam et iste arcus innovantur secundum quod centrum epicicli acce
dit ad centrum terre quare mutantur puncta stacionum et si subtrahatur
arcus prime stacionis ab arcu secunde stacionis remanet arcus retro
gradacionis Et si subtrahatur prima stacio a toto circulo remanet arcus
secunde Nam tantus est arcus a b in c quantus est arcus a c in b me
dius motus planete est ubi ad tempus preteritum quod non scribitur in tabu
la sic accipiantur supra radicem in collectis postea accipe cursum in ex
pansis annorum intermediorum qui sunt inter primum annum collectorum et
annum quem tu vis scire et istum cursum extrahe de radice si
fieri potest sin addantur radici revolucio s. 12 signa et residuum est
medius motus planete quesitus Media oppositio vel coniunctio dicitur secundum me
dios motus vera secundum veros visibiles vel visibilis et hec attenduntur in
signo gradu et minuto secundo Digiti eclipsis dicuntur 12 dyametri cor
poris luminarium Minuta casus dicitur minuta celi que transit luna a
principio eclipsis usque ad medium Si non obscuratur tota luna vel usque
ad principium totalis obscuracionis Si obscuratur In sole minuta casus sunt
minuta que transit luna a principio eclipsis solis usque ad medium
Minuta dimidie more dicuntur minuta que transit a principio ob
scuracionis usque ad medium et licet si ista minuta per motum lune horarum
venit tempus in quo tempore pertransit ea Puncta residuum dicuntur partes
dyametri epicicli que sunt ab auge usque ad medium linee Numeri
ponuntur in lineis tabularum eclipsium super argumenta latitudinum inter se
equipolencia vel latitudines equipolentes Anni maiores ad numerum
tiorum computantur minores ad revoluciones minores sunt inter maiores sunt ma
iores et minores solis et lune Maiores anni sunt eorum maiores
circuitus Minores minimi Mediocrium mediocres Tardi dicuntur plane
te in minuti cursu qui sunt retrogradi Veloces vel acuti cursu qui sunt
directi Acuti vero in medio dicuntur quando equacio additur super medium cursum
minuti vero dicuntur econtra Acuti lune dicuntur cum recedunt a sole vel sol
ab eis minuti lune dicitur cum accedunt ad solem vel ad eos Nature
proprietates et operaciones planetarum et signorum determinat talli conditione quia

semper fiat incepcio a sole quia nobilior est planetarum et ab ariete quia
nobilius est signorum et a media die quia nobilior est pars diei et secundum
situm equacionis quia medium mundi existit etc.

Exposito nominum necessariorum Latitudo planete dicitur distancia
ipsius a via solis Declinacio dicitur distancia ipsius ab equinociali
patet ergo quod sol non habet latitudinem sed solam declinacionem quam
declinacionem accipimus in sole per distanciam centri solis ab intersectione prima
quam facit circulus cum equinociali in principio arietis Latitudinem lune
accepimus per distanciam centri corporis lune ab intersectione prima quam
facit circulus lune cum circulo solis et si fuerint ambe scilicet latitudo et
declinacio septentrionalis ... utrumque et exit nobis de-
clinacio lune ab equinociali Et si fuerint diverse subtrahimus mi-
norem de maiori Similiter et in aliis planetis invenitur declinacio
Et nota quod eccentricus lune semper eodem modo distat a via solis Et
epiciclus lune semper est in superficie eccentrici quia luna non habet nisi unam
latitudinem alii autem planete quinque habent duplicem latitudinem unam
quandam ex epiciclo qui inclinatur ab eccentrico aliam ex eccentrico qui
inclinatur a via solis Et per tabulam binarii invenitur latitudo secundum epiciclum
Et per tabulam quatrinarii invenitur latitudo secundum eccentricum Et dicuntur
binarii quia habent duos introitus Et dicitur quaternarii quia habent quatuor
introitus Et tabula binarii est facta ad medietatem circuli Et
quatrinarii ad quartam partem circuli et tabula binarii est ad 6
signa scilicet quibus tabula suo signo et tabula quatrinarii scilicet tribus
signis scilicet tabula uni signo quod desunt quatuor signis per equalitatem
Quia tabula binarii est ad epiciclum ideo intrat in ea cum argumento
Et quia tabula quaternarii est ad eccentricum ideo intrat in ea cum
distancia a nodo capitis Et latitudo que scribitur in tabula binarii
est distancia prima circumferencie epicicli a circumferencia eccen-
trici distancia dico computata versus viam solis que dicitur ecliptica
quia in ipsa contingit eclipsis solis et lune quia inclinata dico ita quod
erit planeta inter eclipticam et centrum epicicli nisi cum centrum
epicicli fuerit in capite vel in cauda tunc ... epiciclus est directe
centro Et quando est in auge epicicli planeta tunc maxime
a via solis declinatur quia tunc maxima invenitur latitudo in ta-
bula in locis intermediis quia medio et inclinantur mediocris in-
veniuntur latitudo Et latitudo que scribitur in tabula quaternarii
est distancia circumferencie eccentrici a via solis que distancia
est nulla prope nodos et maxima in locis remotis a nodis per 3a signa
Et propter hoc inveniuntur in tabula quaternarii latitudo in primo minus
et in fine maxima et in medio mediocris patet ergo quod in ... ...
duabus latitudinibus ... una erit subtrahenda ab altera Com-
posito tamen tabularum ad ostensionem sui magisterii voluit ponere
veros numeros latitudinum ... in quibus unus subtrahitur
ab altero ... sed posuit numeros compositos in quibus ... unius partem

venisset idem quod provenirent si unius verorum minorum subtrahet ab altero
dum non subtractionem complet a ... dio ... Idem enim est si dividas 6 per 2
quasi si subtrahas 2 a 6 et ideo dividitur una longitudo per alias Cum
centrum epicicli est in nodis tunc nulle latitudines tunc enim circulus est
epiciclus meccentrico et centrum epicicli est in via solis Et numeri
qui sunt in tabula non sunt veri patet per hoc quod in tabula mercurii
invenitur latitudo maior 6 gradibus et sic esset aliquando extra zodiacum
tamen per divisionem istius per alias provenit eius latitudo vera et hoc
quod dixi probatur per tabulas latitudinis integras si inveniantur in
quibus fit subtractio vel additio loco divisionis et dico quod si dividas
latitudinem 2am per primam quod computanda est latitudo circula solis et
si prima per alias computanda sit latitudo zodiaci ut tamen sit latitudine
duorum graduum sed una computatio quam altera quatuor graduum secundum
alteram computationem Capita autem circuli mercurii et veneris moventur
et aliter inveniuntur argumentis latitudinibus in tribus superioribus et aliter in istis
duobus Capita non veneris et mercurii moventur tali compositione quod
verus locus capitis veneris et mercurii ab eis distat semper tamen quantum
et non verus locus capitis in canone distat a loco qui fit ex medio solis
et argumento illorum contrario vero quam ad minus argumenta illorum medio solis
vera loca capitis dicuntur computata ab ariete secundum successiones signorum scilicet
aries gemini thaurus gemini cancer etc Medius cursus capitis dicitur computari
contra scilicet aries pisces aquarius etc quia medius capitis sic vero capitis fraudat //
De inventoribus tabularum et compositoribus // 12 signa etc
Compositores tabularum super arin dicuntur fuisse isti nebroth
est hermes ytomynus ptholomeus albathanij albumasar
algorismus Arin distat ab utrisque alexandrie positis super
equatore in oriente et occidente 90 gradibus et ab utroque polo
90 et qui vult mutare tabulas ad alia loca subtrahat vel addat
dico tamen in annis collectis omnibus planetis anni indices vel post pone
gradum solis in linea meridionali Et non alium et fac eum
transire vel retroire quindecim gradibus quot horas habuisti
post meridiem vel ante et sic inveniens vel habebis ascendentem ad hora
presentes Luna existente in medio celi si aliquis eam per tabulas
alicuius regionis scies longitudine inter regiones pro diversis locorum
lune et non oportebit expectare eclipsim Si acceperis altitudine
inferiori limbi solis et lune in dorso astrolabij et altitudines in inferioribus
ioribus limbi et notaveris motum alydade scies quantitatem dya
metrorum solis et lune respiciens solem mediante aliquo pano
Nota quod auges dicuntur moveri versus orientem in alijs 900 annis et
modo sunt in primo motu Et dicitur moveri ab albatan ptho
in 66 annis et 4 mensibus gradu uno secundum versus orientem Alpha
grau narrat eas moveri in 100 annis gradu uno secundum versus orientem
Item nota quod dicitur quod dum sol fuit in medietate eccentrici sui quod maxime
in medietur a terra scilicet in longitudine longiori martis elevabitur

alhidada in dorso astrolabii in meridie quando centrum solis recte ponitur
super almucantarat in meridie eo fit intersectio in medietate eccentrici Et
quantum dicitur maior distantia inter has duas altitudines in
eadem et sol in auge eccentrici in medietate prima dicta et quanta
erit distantia tanta et eccentricitas Et quando nadir ceciderit solis
in circulo super quem cadet gradus solis ponetur super almucantarat
numerum inter almucantarat intranta et faciat hore tunc accepte
hoc modo consideratio uno anno in meridie et equo sic sit sol in auge
et quantum eleuet sol tunc alhidada et in futuro anno si quantum
plus eleuetur in eadem hora habebis quantum aux sit mota
in anno uno Et hoc modo dicitur albatein inuenisse auges pla
netarum quantum moueantur nisi et dicet tabulas ad hoc composuit et
habuit magnum astrolabium cubitorum vii aut maioris quantitatis
Linea exiens a centro terre per centrum corporis planete ad celum
ostendit verum locum planete Linea porrecta a loco in quo nos
sumus per corporis planete centrum ad celum ostendit locum in quo
planeta videtur esse non est nisi quando planeta est in nostro zenit
Tunc enim linea exiens a centro terre ad centrum corporis plane
te et linea porrecta a loco in quo nos sumus eadem est et locus
in quo terminatur idem Alias non arcus quidem interceptus inter
locum verum et locum in quo planeta esse videtur dicitur reflexio alia
in latitudine alia autem in longitudine alia diuersa alia maior alia
minor Et est sciendum quod in stellis que sunt supra solem non est
reflexio sensu perceptibilis Sed tamen in mercurio venere et luna sensibi
liter extrahitur reflexio eius maior ad plus et quando est iuxta orizontem
Maxime autem sentitur in luna Est autem tota reflexio in longitudine
quando planeta est in meridiano aspicientis Et est tota in latitudine
quando planeta est in circulo altitudinis et est diuersa i. partim
in longitudine quando planeta non est nec in meridiano nec in circulo
altitudinis Et est etiam alia maior propter unam de duabus causis vel
propter ambas Sunt autem 2e cause propter quas reflexio est maior et minor
sumitur Una est quando magis distat a nostro zenit unde iuxta orizontem
maxima est reflexio Alia est quando propinquior est terre unde quando
luna est in longitudine propinquiore et iuxta orizontem aggregatur
de reflexione gradus 1 in minuta 44 que est diuersitas reflexionis maxima
quando non est in longitudine longior 44 minuta In horis eclipsium
quod magis aggregatur de reflexione est gradus 1 in minuta 4 etc.

Et sic est finis laudetur deus et sanctus bartholomeus

Oriens

Retrogradacio

Occidens

directio

oriens

occidens

Retrogradacio



figura eclipsis solis









figura eclipsis Lune






oriens
opposito
occidens





I probandum est quilibet species numeri utrum bene operatum fuit videlicet et
ideo modo generali

Primo de probatione additionis accipe utrosque numeros propositos
scilicet illum cui debet fieri additio et additum et primus est iste
12345. et utrius que libet figura hac ac si per se poneretur
in rerum digiti et cuiuslibet numeri figuras simul iunge et abicias
9. quotiens poteris residuum erit proba verbi gratia in numero addendo
sunt .15. et abiciatur quod 9. et remanebunt .6. que servanda
ad partem et in numero cui debet fieri additio sunt .30. abicias que 9.
et remanet 3 quae addas cum prioribus .6. servatis ad primam
et erunt 9 quibus similiter abiectis quae sunt 9 nihil re-
manebit et ista erit illa proba in numero quo facto videamus numerum
productum ex additione scilicet istum .11064. et quia in isto numero
etiam sunt 9 quibus abiectis remanet nihil et prima proba
et erat nihil bene quod operatum est et sic est de proba regulari
hic quia si proba numeri aggregati sit equalis probe aggregantium
bene operatum est et tenet virtute istius principii de
equalibus equalibus demptis quae remanent sunt equalia

Subtractionis autem probatio est talis si proba numeri residui
et proba numeri quem subtraxisti simul unite sint equales
probe numeri a quo subtraxisti bene operatus est et sic autem proba
ut dictum est residuum numeri abiecto 9 quotiens poteris
et constat quod in exemplo de subtractione utrobique est ternarius

Mediationis autem probatio talis est si proba residui duplata sit
equalis probe numeri mediandi bene operatus es ut in exemplo de me-
diatione proba numeri mediandi scilicet 12345. est 6 et proba
residui est 1. et de quo duplata et 9 abiectis fuerunt
.6. quod bene factum est et sic tamen notandum quod si proba duplata excedat
